

[Liber undecimus]

[Un folio a disparu entre les fol. 199 et 200 : outre la fin du Livre 10 et sans doute l'**illustration** du Cavalier fidèle et vrai (Ap 19, 11-16) dépendant du Livre XI, il contenait le début du texte du même Livre XI restitué ici d'après l'édition de Sanders, p. 591] :

STORIA DE EQUO ALBO

T. 19. **11** Et vidi caelum apertum, et ecce equus albus, et qui sedebat super eum vocatur fidelis et verax, ut iustitiam iudicat et pugnat. **12** oculi autem eius sicut flamma ignis, et in capite eius diademata multa, habens nomen scriptum, quod nemo novit nisi ipse. **13** et vestitus erat vestem aspersam sanguine ; et vocabatur nomen eius verbum Dei. **14** et exercitus, qui sunt in caelo, sequebantur eum in equis albis, induti bissinum album, mundum. **15** et ex ore eius procedit gladius acutus, ut in eo percutiat gentes ; et ipse pascit eos in virga ferrea ; et ipse calcat torcular vini indignationis irae Dei omnipotentis. **16** et habet vestimentum et super femur suum nomen scriptum ; rex regum, et dominus dominorum [Ap 19,11-16].

[fol. 200 a]

EXPLANATIO SVPERIORIS STORIE. *

Et ¹ uidi celum apertum, et ecce equus albus, et qui sedebat super eum uocabatur fidelis et uerax et iusticiam iudicat et pugnat. Oculi autem eius sicut flamma ignis, et in capite eius diademata multa, et habens nomen scriptum quod nemo nouit nisi ipse. Et uestitus erat uestem aspersam sanguine, et uocabatur nomen eius Uerbum Dei [Ap 19,11-13]. Equus albus, corpus Christi adsumptum est. Et qui sedebat super eum, Dominus maiestatis est, Verbum Patris altissimi est, unigenitus ingeni ² Patris est, id est diuinitas incarnata. Iste est equus quem in quarto libro descripsimus, qui contra roseum ³, nigrum et pallidum pugnat, quia pro nobis pugnat et uincit. Vnde et proprietas nominis eius exprimitur, quod fidelis et uerax uocatur. De Deo enim dicitur Dei fidelis in quo non est iniquitas, et iusticiam iudicat et pugnat. De ipso enim scriptum est : Deus iudex iustus et fortis et patiens.

* **LÉGENDE : Caractères rouges :** ● Les petites capitales grasses rendent les titres en capitales rehaussés de couleurs diverses – rouge, mais aussi jaune ou bleu. ● Les petites capitales non grasses rendent les titres en capitales rouges. ● Les grandes capitales grasses en corps supérieur rendent de grandes initiales rentrantes rehaussées de couleurs diverses. ● Les caractères normaux rendent des caractères rouges normaux.

Caractères noirs : ● Les petites capitales non grasses rendent les titres en capitales noires. ● Les initiales grasses rendent des initiales noires rehaussées de jaune, de bleu ou de rouge. ● Les textes en italiques représentent des citations du Livre de l'Apocalypse qui n'ont pas été transcrites en caractères rouges.

1. Initiale rehaussée de couleurs en partie rentrante sur deux lignes.

2. unigeniti corr. en ingeniti.

3. roseo corr. en roseum par um suscrit sans suppression du o.

Pugnat enim ad ⁴ liberandum nos ab aduersitate peccati ; patiens est, sustinendo que delinquimus. Dum fortis dicitur, aduersa repellendo monstratur. *Oculi autem eius sicut flama ignis* [Ap 19,12] ; ut enim incendium penetrat, corpus omne quod continet, nec exceptam aliquam desererent portionem.

Vnde dicitur, caput uiri Christus est. **Et exercitus qui sunt in celo sequebantur eum in equis albis, induti bissino ⁵ a[l]bo ⁵ mundo ⁵** [Ap 19,14]. Equi albi sancti sunt quod est Aecclesia in corporibus candidis imm[i] ⁶-[fol. 200 b]-tantur eum et sequuntur uestigia eius, sicut supra dictum est : *Hii sunt qui secuntur agnum quocumque ierit* [Ap 14,4], induti bissino ⁷ mundo ⁷ [Ap 19,14], id est unusquisque induitur orationibus, et operum bonorum factis ⁸ suorum. **Et ex ore eius procedit gladius acutus, ut in eo percutiat gentes. Et ipse pascet eos in uirga ferrea, et ipse calcat torcular uini indignationis ire Dei omnipotentis** [Ap 19,15].

Gladius qui ex ore eius procedit, uerbum est praedicationis. Ipse est gladius, quem in primo libro de ore eius proces

[La fin de la colonne arrachée contenait un texte restitué ici d'après l'édition de Sanders, p. 592-593] :

sisse descripsimus. de eo gladio armat fideles, et punit infideles. **9** *et ipse calcat torcular indignationis uini* [Ap 19,15]. ipse est torcular, quem in septimo libro descripsimus. calcat enim modo, quia ipse pugnat pro ecclesia, donec in futuro extra ciuitatem ecclesia calcet, et quia caput ecclesiae est. pater est, quia in ipso per baptismum regenerantur uniuersae nationes terrae. **10** *et habet uestimentum et super femur suum nomen scriptum : rex regum, et dominus dominorum* [Ap 19,16]. femur illius, in quo scriptum est nomen eius, credentium populi sunt, quos Dei filios, id est, Christi filios, per adoptionem fidei uoluit nominare. uestis eius corpus est, quem adsumpsit. **11** *et quia geminae substantiae una persona est, ideo in ueste nomen scriptum legimus, id est, in sacramento dominici corporis diuinitatem cognoscimus. in quo uestimento corporis scriptum legitur nomen eius ; rex regum, et dominus dominantium.* et uestimentum

[200v° a] et super femur suum. In femore stirpis generationum intelligimus, in uestimento corpus Christi diximus. Et ideo in femore quia omnes ⁹ qui per fidem Filii Dei nuncupantur, nunc regem regum et dominum dominantium indefessa confessione testantur. Apertissime cognoscitur hoc ¹⁰ nomen, in femore nomen superborum cognoscitur, nisi hos quos supra diximus. FINIT

INCIPIT STORIA ANGELI STANTIS IN SOLE :

Et ¹¹ *uidi angelum stantem in sole,* [Ap 19,17]

[Le bas de la colonne arraché a fait disparaître l'**illustration** de L'Ange dans le soleil et une petite partie du texte restituée ici d'après l'édition de Sanders, p. 593] :

4. ad ajouté en interligne d'une autre encre.

5. um final corr. en o d'une encre noire.

6. Lettre disparue avec la déchirure du folio.

7. um final corr. en o.

8. facta corr. en factis.

9. omnis corr. en omnes.

10. hunc corr. en hoc d'une autre encre.

11. Initiale rehaussée de couleurs en partie rentrante sur deux lignes.

et clamauit uoce magna, dicens omnibus auibus, quae uolant in medio caeli ; uenite, congregamini ad cenam [Ap 19,17]

[fol. 200v° b] magnam Dei, ut manducetis carnes regum et carnes tribunorum, et carnes forcium, et carnes equorum et sedentium super eos, et carnes omnium liberorum et seruorum, pusillorum et magnorum [Ap 19,17-18].

INCIPIT EXPLANATIO STORIAE.

Et ¹² uidi angelum stantem in sole, et clamauit uoce magna, dicens omnibus auibus qui uolant in medio cęli [Ap 19,17]. Sol enim, pŕedicatio Eclesię et confessionis fides. Aues uel bestias pro locis ¹³ accipimus bonas et malas. Hoc ergo in loco aues uolantes in medio cęli, unam Eclesiam dicit, quasi unum corpus redigens. Ipse sunt ¹⁴ iste aues, que ¹⁵ est illa aquila quam ¹⁶ in libro quinto, uę clamantem, descripsimus, quas ¹⁷ et hic aues uolantes in medio celi. **Venite congregamini ad cęnam Dei, ut manducetis carnes regum et carnes tribunorum, et carnes fortium, et carnes equorum et sedentium super eos, et carnes omnium liberorum et seruorum et pusillorum et magnorum** [Ap 19,17-18].

Omnes hos quos dixit spiritualiter commedit Eclesia dum commeditur. Supra enim dixit : *uidi cęlum apertum, et ecce equus albus, et qui sedebat super eum uocatur fidelis* [Ap 19,11]. **Hic** uero dicit, *uidi unum angelum stantem in sole* [Ap 19,17], et nota quia illuc sedet et hic stat. **Stare** enim, pugnare est.

[**H**]oc ¹⁸ ad nouissimam persecutionem Antichristi pertinet ; iterum quodam apostrofam facit, et pŕetermissam iudicii qualitatem, rursus ad finem temporum saltum quodam prophetice dictionis adducitur. Angelum enim quem uidit stantem supra solem ; sol enim ut diximus, Eclesię catholice fides est, in qua [fol. 201 a] hic angelus stare describitur. Iste est angelus quem supra in sexto libro Michaellem cum dracone pugnare descripsimus, de quo etiam et Daniel ita dicit : **In tempore autem illo consurgens Michael princeps magnus qui stat pro filiis** ¹⁹ **populi tui. Sicut enim tunc pro filiis prioris populi in conspectu Dei iste sanctus stabat archangelus, ita nunc pro tocius Eclesię catholice populis** ²⁰ **indesinenter interuenit. Et ueniet, inquit, tempus quale non fuit ab eo quo gentes esse ceperunt, usque ad tempus illud. In quo tempore dicit, sicut Iohannes in hac sententia Apocalipsin quo congregentur aues terre, ad impiorum corpora consumenda. Sicut per Esayam Dominus dicit : Accedite gens et audite principes, audiat terra, et qui habitat in illa ; quia indignatio Domini super omnes gentes, et adueniet ira super numerum et ad perdendum illos tradere in iugulatione ; uulnerati autem ipsorum prociuntur mortui, et ascendet odor eorum, et complebuntur montes sanguine ipsorum, et inuoluentur cęlum sicut liber, et omnes stelle cadent, sicut folia a uite, quia sacrificium Domini in Bosor ; et iugulatio magna in Idumea ; et concident ipsi robusti cum illis et arietes et tauri,**

12. Initiale rehaussée de couleurs en partie rentrante sur trois lignes.

13. loco corr. en locis.

14. est corr. en sunt.

15. qui corr. en que.

16. quem corr. en quam.

17. quos corr. en quas.

18. En raison de l'arrachement de l'illustration, le début du mot manque.

19. filios corr. en filiis.

20. populos corr. en populis.

et inēbriabitur terra sanguine illorum, et adipe illorum implebitur. Dies enim iudicii Domini, et annus retributionis iudicii Sion. Et conuertentur rupes eius in pice et sulfur. Et erit terra eius ardens sicut pix nocte et die : non collocabitur in sempiternum tempus, et ascendet fumum eius sursum in saecula. Ostendit que sit ²¹ Idumea et Bosor, dicens : Dies enim iudicii Domini et annus retributionis iudicii Sion. [fol. 201 b]

Sed ille Sion qui edificatur in sanguinibus, ostendit praeterea in omnibus gentibus esse Idumeam et Bosor. Dixit enim supra : accedite gentes, et audite principes. Audiatur terra et qui habitant in illa, quia indignatio Domini super omnes gentes. Postea uero dicit in unam gentem descendere gladium Domini, in iugulatione idem Idumea et Bosor ; dies enim iudicii Domini, et annus retributionis iudicii Sion. Ecce unam regionem dixit et duas ciuitates. Idumea regio est Esau, qui dictus est Eḡodom, id est sanguineus, Bosor uero ciuitas est Esau, in ipsa regione. Sion autem ciuitas est Dauid qui fuit de stirpe Iacob. Ecce Esau et Iacob due ciuitates sunt, una Dei, et una diaboli. Supra enim in decimo libro diximus de is duabus ciuitatibus ²², que in duos filios Adam exposuimus. Nunc uero ita in duos filios Isaac ipsas duas ciuitates reteximus, id est Dei et diaboli. Et hec sunt due ciuitates, Sion et Bosor. Sion latino eloquio ²³ speculatio contemplationis dicitur, id est in montem quod puto, et ipsa ciuitas in montem esse peribetur, propheta adtestante : Super montem excelsum ascende tu qui euuangelizas Syon, et hec est Eḡcclesia catholica, que non in uno loco ut hereticorum conuenticula, sed per uniuersum orbem terrarum tenetur dilatata. Bosor uero que est ciuitas persecutoris fratris, et Idumea, que est terra sanguinis, omnis omnino mundus est ; et ipsa est ciuitas diaboli, quae usque in finem saeculi ciuitatem Christi persequitur ²⁴ ; et in una nascitur Christus, in alia Antichristus. Propterea dicit, gladium Domini in iugulatione in Idumea et Bosor, id est in malos fratres qui ²⁵ Sion mentiuntur ; sicut scriptum est : populum Dei ostium sanguine bibere.

[fol. 201v^o]

INCIPIT BESTIA ET REGIS TERRE. Et ²⁶ uidi ²⁷ bestiam, et reges terrae et exercitus eorum congregatos facere bellum cum sedente super equum, et cum exercitu eius. Et adprehensa est bestia, et cum illa pseudoprophete, qui fecerant signa in conspectu eius, in quibus seduxit accipientes notam bestie, et adorantes simulacrum eius ; uiuentes missi sunt ipsi duo in stagnum ignis ardentis et sulfuris. Reliqui uero occisi sunt gladio sedentis super equum, exeunte de ore eius ; et omnes aues ²⁸ saturate sunt de carnibus eorum [Ap 19,19-21]. **FINIT STORIA.**

Illustration : Triomphe du Cavalier fidèle et vrai sur la Bête (Ap 19, 19-21) :

21. in gratté après sit.

22. as duas ciuitates corr. en is duabus ciuitatibus..

23. i ajouté en interligne.

24. i écrit en interligne.

25. i suscrit.

26. Grande initiale rentrante sur deux lignes. Le texte qui suit est presque effacé.

27. Tout ce paragraphe, très effacé, est d'une lecture très difficile.

28. s final ajouté à l'encre noire.

Registre supérieur : Sur son cheval blanc au galop, le Cavalier frappe de sa lance deux Rois : UBI BESTIA ET REGES TERRE PUGNANT CUM ILLO QUI SEDEBAT IN EQUO ; à droite : REGES TERRE.

Registre médian : à gauche : Deux corbeaux attaquent deux cadavres : UBI SATURATE SUNT AUES DE CARNIBUS EORUM ; à droite : deux combattant armés de gourdins frappent la Bête qu'il tiennent avec une corde : UBI BESTIA CAPTA EST.

Registre inférieur : Un combattant armé d'un gourdin tient un pseudoprophète par les cheveux : UBI BESTIA ET PSEUDOPROPHETA CAPTI SUNT.

Dans un cartouche : la Bête et un pseudoprophète sont plongés dans l'étang de feu : UBI BESTIA ET PSEUDOPROPHETA MISSI SUNT IN STAGNUM IGNIS.

INCIPIT EXPLANATIO SUPRASCRIPTAE STORIE. Et uidi ²⁹ inquit ³⁰ bestiam et reges terre et exercitus eorum congregati sunt, faciendum proelium cum illo et qui sedebat in equo et cum exercitu eius [Ap 19,19]. [fol. 202 a]

Iam supra diximus bestiam et reges terre unum esse, id est diabolum et populum eius super quos regnat, quos aetiam et in unum congregat, quos in suo corpore ligat. Bellum facit, quia contra Christum et Ecclesiam pugnat.

Sed haec dicta de nouissimo certamine Antichristi geruntur ³¹, in quo certamine finis suae damnationis ³² ad supplitium rapietur.

Sic et hic conferas sancti Danielis eloquia unum atque idem inuenies, quia ³³ cum sancto Iohanne concordant. Veniet autem ait in multitudine magna, ut conterat et interficiat plurimos. In Apocalipsin autem dicitur, quod cum regibus terre et eorum exercitibus congregatis, facit bellum cum illo qui sedebat in equo albo, hoc est Domino Ihesu Christo et cum exercitu eius, id est sanctis omnibus qui secuntur eum. **Et adprehensa bestia** [Ap 19,20] id est diabolo ³⁴ et corpore ³⁵ eius quod ³⁶ populum sibi subditum diximus. Et Daniel dicit :

Nemo auxiliabitur ei Domino pugnante contra eum, nullus ei poterit ferre praesidium.

Et cum illo inquit pseudoprophete [Ap 19,20]. Id est prepositi, qui ³⁷ sunt pseudoepiscopi, et sacerdotes eorum similes mali, quos ³⁸ supra in illa bestia capud ³⁹ uelud ³⁹ occisum diximus. Ipse est ⁴⁰ in Ecclesia spiritus immundus, qui falsa prodigia ad fallendos hominum facit aspectus, ante eum *qui seduxit eos qui acceperant caracterem bestiae* [Ap 19,20], in portentis mendacibus. Seducendi sunt omnes qui crediderint Antichristo, ut acciperent caracterem inimici. **Et adorantes simulacrum eius** [Ap 19,20]. Id est illud ⁴¹ capud ³⁹ uelud ³⁹ occisum quod ³⁶ sub

29. di ajouté en interligne à l'encre noire.

30. Le second i suscrit.

31. geritur corr. en geruntur par ajout de un en interligne et exponctuation du i.

32. e final corr. en is.

33. unum gratté après quia.

34. diabolus corr. en diabolo.

35. corpus corr. en corpore.

36. quem corr. en quod.

37. quod corr. en qui.

38. qui corr. en quos.

39. t final corr. en d.

40. ipsos sunt corr. en ipse est.

41. illum corr. en illud.

nomine Christi sacerdotes se esse [202 b] simulant. Si aperte bestia esset, agnus eam non timeret. Nunc agnum simulat, cum uestem sacerdotalem inponit ; de foris quidem agnus est, intus bestia fremit.

Hii duo uiuentes missi sunt in stagnum ignis ardentis, et sulfure [Ap 19,20]. Vnum corpus diuisit in partibus⁴², id est bestia quod est populus, et ipsi pseudosacerdotes. Nam duo uiuentes certissime populus est, et ipsi prepositi, quos Dominus in diem iudicii uiuos inueniet. **Reliqui uero occisi sunt gladio sedente**⁴³ **super equum exeunte de ore eius ; et omnes aues saturate sunt de carnibus eorum** [Ap 19,21]. Supra enim dixit angelus⁴⁴ super solem, auibus, uenite, [Ap 19,17-18].

Hic uero dicit, omnes aues saturate sunt de carnibus eorum [Ap 19,21]. Duobus modis accipiendum est, nunc et in futuro ; cum dicit manducate, modo est. Et cum dicit saturate sunt de carnibus eorum, futurum est in iudicio Domini nostri Ihesu Christi. Spiritum oris eius interficientur uniuersi, id est bestia et pseudoprophete qui in membris inuenti fuerint Antichristi, qui acceperunt caracterem⁴⁵ et crediderunt illi, et exponentur carnes eorum uolatilibus celi et bestiis terrae. Modo uero omni tempore comedit⁴⁶ Aecclesia carnes inimicorum suorum, cum ab eis male patitur, et malum pro malo non reddit⁴⁷. Saginabitur⁴⁸ autem in resurrectione, de eorum carnali⁴⁹ opere uindicata, sicut scriptum est : Vermis eorum non morietur, et ignis eorum non extinguetur ; [fol. 202v° a] eruntque ad uisionem omni carni. Post aduentum autem Domini et bestie damnationem, quis occidetur gladio a manifestis auibus comedendus, cum corpora tunc resurgant ut homines integri iudicentur.

EXPLICIT.

INCIPIT DE ALIO ANGELO ET CLAVE⁵⁰ **ABISSI ::**

ET⁵¹ *VIDI alium angelum descendentem de celo, habentem clauem abissi, et catenam magnam in manu sua, et tenuit draconem anguem anticum, qui est diabolus et Satanas. Et ligauit eum annis mille, et missit eum in abyssum, et clausit et signauit super eum, ne seducat amplius gentes, usque dum finiantur mille anni. Post hec, oportet eum solui modico tempore* [Ap 20,1-3]. EXPLICIT.

[fol. 202v° b]

INCIPIT EXPLANATIO SVpra SCRIPTE STORIAE, RECAPITVLATA A⁵² **PASSIONE.**

Et⁵¹ *uidi alium angelum descendentem de celo* [Ap 20,1], Dominum Ihesum Christum dicit primo aduentu. **Habentem clauem abissi et catenam magnam in manu sua, et tenuit draconem anguem anticum qui est diabolus et Satanas, et**

42. partes corr. en partibus.

43. sedenti corr. en sedente à l'encre noire.

44. in angelum corr. en angelus.

45. em ajouté dans la marge d'une autre encre.

46. comedet corr. en comedit.

47. reddidit corr. en reddit avec trait de liaison dans l'interualle.

48. saginatur corr. en saginabit par ajout de bi en interligne.

49. carnale corr. en carnali.

50. m final gratté.

51. Initiale rehaussée de couleurs en partie rentrante sur deux lignes.

52. ad corr. en a.

ligauit eum annis mille, et misit eum in abyssum, et clausit et signauit super eum, ne seducat amplius gentes usque dum finiantur mille anni [Ap 20,1-3]. Intentius hic nobis inuocandus est Dominus, ne in mille annorum numerum, multorum simus consentientes erroribus. Neque per excessum proprium⁵³ ipsi nutriamur errore ; sed custodiet fidem nostram, ipse qui fidelis uocatur et uerax. Ipse Dominus dicit in principio libri huius, *quia ego sum primus et nouissimus, uiuus, et fui*

[202v°] **Illustration : Satan enchaîné** (Ap 20, 1-3) :

L'ange en vol tient dans la main droite une clé et dans la main gauche une chaîne attachant le dragon : UBI ANGELUS LIGAUIT DRACONEM ID EST DIABOLUM IN ABISSUM.

Dans un cartouche, le Démon est couché, mains et pieds liés.

[203 a] *mortuus, et habeo*⁵⁴ *clauas mortis inferni* [Ap 1,18], ut intellegas ipsam esse istam clauem que⁵⁵ est illa, quam⁵⁶ in principio libri descripsimus.

Clauem ergo hanc ministri deferre nunc dicit offitium, ut aperiret puteum abissi ; catena magna indissolubile diuine ordinationis est uinculum, quam in manu sua, id est opere et abiectioe, gestabat. In manu enim, opera⁵⁷ dicit ; *et adprehendit draconem* hostem humani generis, *qui uocatur diabolus et Satanas, et ligauit eum annis mille* [Ap 20,2]. Primo utique aduentu suo, Dominus adprehendit diabolum, cuius hic mundus domus erat, qui in corda infidelium habitabat ; de qua Dominus dicit : **Quis potest intrare in domum fortis et uasa eius diripere, nisi prius alliget fortem quem comprehendit et misit in abissum, id est in populum exclusum⁵⁸ *de cordibus credentium ? Mille enim in grecis apicibus ; alfa est titulum.***

In alfa, initium quod est Christus. In titulo, crux intelligitur, que est nostra uictoria, et depressio malignitatis aduersę. Ergo in cruce Christi, et in crucis auctoritate conligauit inimicum mundi, qui temptauit habitantes super terram. Nam eternitati illi nullum tempus occurrit, et ipsius temporis aeternitas⁵⁹ nullo fine claudenda est, nec annorum numero finienda. Et ita ex imperio Domini, per uirtutem crucis in abisso eum religauit, *et signauit super illum* [Ap 20,3], id est pessulum crucis apposuit ut non conualescat ultra, nec *seducat amplius gentes* [Ap 20,3] quas utique restituet resurrectio meliores.

Interdixit eum ne seducat amplius gentes, [fol. 203 b] sed eos⁶⁰ qui in uitam destinatę sunt quas antea seducebat, ne Deo reconciliarentur.

Post aduentum Christi, iam non seducet, qui ad uitam eternam destinati sunt. Quod autem dixit signauit super eum, quia occultum est qui pertineant ad partem diaboli, et qui ad Christi. Nam qui uidetur⁶¹ stare, nescimus si

53. i suscrit.

54. h ajouté en interligne.

55. qui corr. en que.

56. quem corr. en quam.

57. m final gratté.

58. exclusis corr. en exclusum.

59. ti gratté devant le s final.

60. eas corr. en eos.

61. uidentur corr. en uidetur.

cadendus ⁶² est, et qui iacet, si ⁶³ resurgat incertum est. Ne seducat *donec finiantur mille anni* [Ap 20,3], id est remanet de sexto die, qui constat ex mille annis. Quia sexto die Deus hominem fecit, et in sexta ætate sæculi, homo natus est Christus, quem ⁶⁴ diem nominat mille annos dicens ⁶⁵ : Partem sexti miliarii ⁶⁶, inquit, natus est Dominus et passus.

Mille autem pro loquendi ⁶⁷ modo dicit.

Sicut est illud ⁶⁸ intellegendum, quod mandavit in mille generationes, cum non sint mille. Sed a parte ⁶⁹ totum intelligitur aliquando. Ergo audiendi non sunt, qui dicunt quod de Christi natiuitate usque ad secundum aduentum Domini, ⁷⁰ mille anni sunt, qui cum Cyerinto ⁷¹ heretico una sentiunt.

Sed neque illi audiendi sunt, qui dicunt omnes baptizati et absque penitentia ⁷² defuncti, nullum inputari peccatum aut crimen, quia in fide manserunt. Et si in infernum merguntur, post mille annorum curricula ⁷³ liberati sunt ; non intelligentes ⁷⁴ Dominum dicturum peccatoribus esse.

Ite in ignem æternum, qui æternus ⁷⁵ finem non habet. Isti cum Eunomio et Origine hereticis, unam ⁷⁶ sentiunt. Est tamen huic expositioni contrarium, quod sequitur, [fol. 203v° a] *donec consumentur* ⁷⁷ mille anni, ut diabolus soluatutur sicut dicit : **Post hæc, oportet illum soluere modico tempore** [Ap 20,3].

Sed sic potest intelligi, quousque uoluntate ⁷⁸ Domini nostri Ihesu Christi et imperio eius, et in uirtute præcipientis in nichilum soluatutur in modico tempore : hoc est in puncto hore, id est in fine mundi soluatutur totis uiribus ; et in illo suo uase intret Antichristo, ut eum eo simul deficiat. [fol. 203v° b]

Soluetur, ut fatiat iuxta uoluntatem suam. Antea dixit, ero similis altissimo ; nunc uero cum ingressus fuerit in filio perditionis, superior se Deo facturus est, et eleuabitur se super omnia quod dicitur Deus aut quod colitur. Nam non soluitur ut liberetur, sed ad hoc soluetur ut cum omni membro suo ⁷⁹ ipse, qui auctor ⁸⁰ tenebrarum est soluatutur in nichilum et deficiat, et simul cum eis in perditionem æternam. Sua enim solutio in

[203v°] **Illustration : Le Trône des Justes et les âmes des Martyrs** (Ap 20, 4-6) :

62. casurus *corr.* en cadendus.

63. sic *corr.* en si.

64. hunc *gratté* après quem.

65. dixit *corr.* en dicens.

66. de sexto miliario *corr.* en sexti miliarii.

67. e *gratté* au début du mot.

68. illut *corr.* en illud.

69. aperte *corr.* en a parte.

70. quod *gratté* devant mille.

71. e *ajouté* en interligne d'une autre main.

72. m *final* *gratté*.

73. o *final* *corr.* en a.

74. intellegentes *corr.* en intelligentes.

75. quod æternum *corr.* en qui æternus.

76. m *final* *gratté* et remplacé par un tilde.

77. consumerentur *corr.* en consumentur.

78. m *final* *gratté*.

79. omne membra sua *corr.* en omni membro suo.

80. c *ajouté* en interligne.

Registre supérieur : En face du Juge siégeant sur son trône et tenant un livre, 14 justes assis sur des sièges plus simples, et tenant chacun un livre.

Registres médian sur fond bleu et inférieur sur fond rouge : deux rangées d'âmes figurées par des colombes bleues, jaunes ou rouges.

[fol. 204 a] *homine peccati Antichristo erit ingressio.*

In quo tantam potestatem persequendi habebit in mundo, qualem numquam habuit ab initio. FINIT.

INCIPIVNT TRONI ET ANIMA ⁸¹ OCCISORVM :

Et ⁸² *uidi tronos, et sedentes super eos, et iudicium datum est eis. Et uidi animas occisorum propter testimonium Ihesu et propter Verbum Dei, et quicumque non adorauerunt bestiam neque imaginem eius et non acceperunt notam super frontem suam* ⁸³ *aut super manum suam, uixerunt et regnauerunt cum Christo mille annis* ⁸⁴. *Beatus et sanctus qui habet partem in resurrectione prima, in eis secunda mors non habet potestatem ; sed erunt sacerdotes Dei et Christi eius, et regnabunt eum eo mille annis* ⁸⁴ [Ap 20,4, 6].

INCIPIT EXPLANATIO STORIÆ SCRIPTÆ.

Et ⁸² *uidi tronos, et sedentes super eos, et iudicium datum est eis* [Ap 20,4]. Hii troni, modo sunt in Ecclesia. Quæ Ecclesia in duodenario numero est constituta, quæ sedet in Christo super duodecim thronos ad iudicandum, et iam sedet iudicans, ligato diabolo sicut scriptum est : Iam sancti mundum iudicant et Dominus cum hanc potestatem suis promitteret, sic ait : Vos qui secuti estis me in iterata generatione, cum sederit Filius hominis in throno claritatis suæ, sedebitis et uos super duodecim thronos, iudicantes duodecim tribus Israel. Filius autem hominis iam sedet in throno clarita-[fol. 204 b]-tis suæ, ex quo clarificatus est in Domino, thronus ⁸⁵ claritatis suæ, incarnatio est ; ⁸⁶ cuius corpori ⁸⁷ adicitur omnis sanctorum iterata generatio, et sedet ad dexteram uirtutis per capud ⁸⁸ iudicans, per sacerdotes suos et omnes seruos suos nunc in Ecclesia.

Iudicat, quia unusquisque semedipsum dstringit in penitentia, et unus alterum ad caritatis amorem excitat. Sic enim Apostolus ait : Si nosmedipsos iudicabimus ⁸⁹, a Domino non iudicemur. Et alibi : si sciero omnia sacramenta ita ut montes transferam, etsi tradidero corpus meum ut ardeam, si caritatem non habuero, nichil michi prodest. De praesenti hoc loco, non de futuro, Dominus dixit : Non enim dixit sedebitis et iudicabitis quasi de futuris sed sedebitis iudicantes. Dicite de sanctis sepultis : **Et uidi animas occisorum propter testimonium Ihesu, et propter uerbum Dei** [Ap 20,4].

81. s final gratté.

82. Initiale rehaussée de couleurs en partie rentrante sur trois lignes.

83. suum corr. en suam.

84. annos corr. en annis.

85. us final écrit sur une lettre grattée.

86. in gratté devant cuius.

87. corpus corr. en corpori.

88. caput corr. en capud.

89. iudicaremus corr. en iudicabimus.

Verbum dixit et carnem. Ambobus enim peribet Eꝑcclesia testimonium. Ihesus qui est Filius hominis, et Dei Verbum⁹⁰ quod mixtum est Filio hominis. Animas occisorum dicit, qui nunc per passionem et pēnitentiam cum Christo moriuntur. **Et quicumque non adorauerunt bestiam neque imaginem eius, et non acceperunt notam super frontem suam, aut super manum suam** [Ap 20,4].

Si autem in nouissimo iuditio uidisset thronos et sedentes super eos, non dixisset occisorum animas. Tunc enim corporibus cum⁹¹ suis erunt anime. Certe, si cum Christo aliqui⁹² sedebunt ad iudicandum eis⁹³ magis con-[fol. 204v° a]-uenit sedere et iudicare, qui propter testimonium eius occisi sunt. Nunc uero dicit se uidisse sedentes super thronos dixit animas occisorum, ut ostenderet et uiuos et mortuos regnasse cum Christo mille annis⁹⁴, a passione Domini, usque ad secundum aduentum eius. Et a primo aduentu Domini usque ad secundum aduentum esse hoc misterium facinoris de nota bestiae ; quia semper et Aecclesia fuit et bestia, et omnis malus notam in fronte et in manu habuit per cogitationes⁹⁵ et⁹⁶ opera ; dum et ipsos⁹⁷ qui non acceperunt scriptionem uel non adorauerunt eius imaginem, mille annis⁹⁴ dicit hos omnes⁹⁸ regnasse.

Imaginem dixit⁹⁹ similitudinem.

Sic enim Deus dixit in primo die : fatiamus hominem ad imaginem, et similitudinem nostram. Ymago est in anima, similitudo in operæ¹⁰⁰. Anima hominis, imago est Dei. Et corpus hominis, imago est corpus Christi. Omnis enim qui Christum sequitur in corpore suo, imaginem Christi habet, et in anima similitudinem Dei. De his omnibus¹⁰¹ dixit : **Vixerunt, et regnauerunt cum Christo mille annis**¹⁰² [Ap 20,6]. Recte dixit omnes qui sanctis¹⁰³ et uiuentes et animæ¹⁰⁴ occisorum sanctorum regnant cum Domino, et hic, et in futuro. Sed quia regnauerunt dixit : hoc profecto intellige¹⁰⁵, quod quasi iam factum est quod futurum erit, quia ante Deum nichil nouum est. Sic enim antequam Christus in mundum ueniret : dictum est, diuiserunt sibi uestimenta mea. Nam quod dicit regnabunt, [fol. 204v° b]¹⁰⁶ hic quasi factum possumus intelligere.

Ac si diceret : Iam baptizati sunt ; iam pēnitentes sunt ; iam non in lacte, sed in solido cibo Christum secuntur in passione.

90. uerbo corr. en uerbum par ajout de um en interligne sans suppression du o.

91. cum ajouté dans la marge d'une autre main.

92. aliquis corr. en aliqui avec i final suscrit.

93. is final écrit sur une lettre grattée.

94. annos corr. en annis.

95. is final corr. en es.

96. et ajouté en interligne.

97. ipsis corr. en ipsos.

98. Un mot gratté après omnes.

99. et et un autre mot grattés après dixit.

100. opera corr. en operæ.

101. hos omnes corr. en his omnibus.

102. annos corr. en annis.

103. sanctos corr. en sanctis à l'encre noire.

104. animas corr. en animæ à l'encre noire.

105. intellege corr. en intellige à l'encre noire.

106. et gratté devant hic.

Nam dicturus est : regnabunt, ut ostenderet qui sunt isti mille anni : Hęc est resurrectio prima utique, quia resurgimus per baptismum, et ut poenitentiam ¹⁰⁷ ostenderet post baptismum, sicut Apostolus ait : Si surrexistis cum Christo, que sursum sunt querite. Et iterum, tamquam ex mortuis uiuentes. Peccatum enim mors est, sicut idem dicit apostolus : Cum essetis mortui delictis, et peccatis uestris.

Beatus et sanctus, qui habet partem in resurrectione prima [Ap 20,6]. Id est qui seruauerit bap-tismum, in quo renatus est. Sicut enim prima mors in hac est uita per peccata, ita et prima resurrectio in hac est uita per remissionem peccatorum. **In eis secunda mors non habebit potestatem** [Ap 20,6]. Id est, non habebunt ¹⁰⁸ ęterna tormenta. **Sed erunt sacerdotes Dei et Christi eius, et regnabunt eum eo mille annis** ¹⁰² [Ap 20,6]. Hos mille annos de hoc mundo dixit, non de perpetuo saeculo, ubi sine fine cum Christo regnaturi erunt. Mille enim, perfectus numerus est. Sed quamuis ¹⁰⁹ perfectus numerus dicatur, ¹¹⁰ finem habere creditur.

Retulit Spiritus cum haec scriberet, regnaturam ęcclesiam mille annis ¹⁰², id est usque in finem istius mundi. EXPLICIT.

INCIPIT DE SOLVTIONE DIABOLI et ¹¹¹ DE CVSTODIA SVA.

Et ¹¹² cum finiti fuerint mille anni, soluetur Satanas [Ap 20,7]

[Un folio a disparu entre les fol. 204 et 205. Il contenait sans doute l'*illustration* de la Dernière attaque de Satan enchaîné depuis mille ans (Ap 20, 7-8), ainsi que le texte suivant restitué d'après l'édition de Sanders, 605-607] :

de custodia sua, **8** et exiet seducere gentes, quae sunt in quattuor angulos terrae, Gog et Magog, quorum est numerus, sicut harena maris. **9** et ascenderunt in altitudinem terrae et circumdederunt castra sanctorum, et dilectam civitatem. et descendit ignis a Deo de caelo, et comedit inimicos suos [Ap 20,7-9].

EXPLANATIO

6. **1** Et cum finiti fuerint mille anni, soluetur Satanas de custodia sua [Ap 20,7]. finitos dixit, a toto partem ; nam non specialiter annos dixerit per numerum mille finitos ; nam sic soluetur Satanas totis viribus cum in illo suae vasae antichristo intraverit, ut supersint anni tres et menses sex novissimi certaminis. **2** sed praeter hunc tropum recte et certissime dicitur finitum tempus ; non enim computatae sunt tam parvae reliquiae sanctorum, qui in scripturis sanctis trecenti nuncupantur, quae in Graeca tau littera continentur. **3** quia solum ipsi sunt, quos antichristus superare non poterit, qui recte trinitatem sanctam, unum Deum, crediderint, et novissimo tempore filium Dei, de gloriosissima semper virgine natum, puro corde coram hominibus confessus fuerit, et crucem eius, per quem tau littera

107. potentiam corr. en poenitentiam.

108. habebit corr. en habebunt par lettres suscrites sans suppression du i.

109. uis ajouté en interligne d'une autre encre.

110. sed gratté avant finem.

111. et ajouté en interligne d'une encre noire.

112. Initiale rehaussée de couleurs en partie rentrante sur trois lignes.

significari diximus, recto intentionis oculo imitaverit. **4** sic enim Gedeon eum trecentis viris Madianitas, quae nunc demones nuncupantur, superavit. trecenti enim crucem significant. et nota quantum parvi sint sancti in tempore antichristi, eum Deus voluerit eos anni hora appellare. **5** annus habet menses duodecim, tempora quattuor, id est, ver, aestas, autumnus, et hiems, dies CCCLXV et quartam; horas habet IIII milia CCCLXXXIII. vide quid dicit de tantis horis anni una hora solum appellati sunt sancti, et remanent horas, quae peccatores nuncupantur IIII milia CCCLXXXII. **6** cognosce quantum distat inter hoc et illud numerum. *dies habet horas duodecim.* et duodecim horas diei una hora appellati sunt sancti, et remanent de toto anni circulo dies CCCLXIII et horas diei undecim, quae in parte peccatorum scribuntur. **7** iam intellegas per hunc tropum quantum parva sit illa *grex, cui compromisit Dominus dare hereditatem in regno caelorum.* **8** et per hunc annum et unam hora anni sic cognosce esse peccatores et iustos omne tempus, id est, ab initio mundi usque in finem, quo haec gesta erunt, quando totis viribus diabolus solutus erit, et aperte contra Ecclesiam dimicaturus; **9** et quis qualis antea in Ecclesia fuit in pace, in illa manifestabitur pugna, et eos tunc sibi socios facit per nota, quos antea per vitii tenuit in vita, sicut dicit: *et exiet seducere nationes, quae sunt*

[fol. 205 a] **in quattuor angulos terre, Gog et Magog** [Ap 20,8]. Seducere hic dixit, quod est dissipare, et secum in perditionem adtrahere. Id est omnes impios quos in angulos terrę seduxit, in una secum perditione collectos, eternis facit mancipare suppliciis. **Gog** enim interpretatur tectum. **Magog**, de dogmate siue de tecto. Omnes quos extulit in superbię suae lapsum adduxit, uel elationis tecto subleuauit, siue qui cogniti fuerint de eodem dogmate et fastigio elationis eius exisse. **Hos** una simul perditio et eternus ignis accipiet. **Quod** uero dicit congregabit eos in praelium futurum, pro praeterito describit, qui congregabit quasi preteritum sonat, quia prelium quodammodo est, quando hii qui moris bonibus uiuunt, mali eis obuiant et insidiantur. Et quia multa malorum est numerositas, quę numerari pre multitudinem non potest. Et ¹¹³ **Adiecit.**

Quorum est numerus sicut harenę ¹¹⁴ **maris; et ascenderunt super latitudinem terrę, et circumdederunt** ¹¹⁵ **castra sanctorum, et dilectam ciuitatem** [Ap 20,8-9]. Eleuati in superbia impii, in latitudinem ascenderunt, sed terrena eos altitudo retentat.

Nichil celeste sapiunt, nullę ¹¹⁶ celestis altitudinis potentię ¹¹⁶ meminerunt.

Circumeunt castra sanctorum [Ap 20,8], quia communes uolunt sanctis existere. Sed de ipsis impletur uaticinium prophetię dicentis.

Conuertentur ad uesperam et famem patientur [fol. 205 b] ut canes, et circuibunt ciuitatem, id est Aecclesiam quam hic dilectam uocat. Congregati dicuntur, sed in ipsis quatuor angulos terrę erunt dilatati. Pro qua re dicuntur congregati, id est in superbia tota ¹¹⁷ mentis intentione, aduersus Aecclesiam. **Hoc** quod unaquęque gens congregabitur in obsidione sanctae ciuitatis Ecclesię, quando

113. et ajouté en interligne.

114. a final corr. en æ.

115. cum ajouté en interligne.

116. am final corr. en æ.

117. toto corr. en tota.

Antichristus de decem cornibus bestiae tria eradicauerit, id est tria regna contriuerit ¹¹⁸, hoc est regem Aegypti, et regem Æthiopię, et regem Libiæ id est Africę.

Cęteros septem reges suę potestati subiugabit, et cum eis ¹¹⁹ omnem mundum exterminaturus est. **V**t sicut post passionem Domini nostri Ihesu Christi cognoscimus omnia ¹²⁰ martiria esse facta per decem reges, id est Neronem, Domicianum ¹²¹, Traianum ¹²¹, Seuerum ¹²¹, Maximum ¹²¹, Decium ¹²¹, Valerianum ¹²¹, Aurelianum ¹²¹, Dioclitianum ¹²¹ et per Maximianum ¹²¹, qui ¹²² sunt decem cornua bestię. Et ex his decem illos maiores septem quos supra septem capita nominauimus, ita credas Antichristum inter decem reges quales et illi fuerunt in regno Romano; ita in finem in regno Romano inter decem, Antichristus erit undecimus. Et tribus quos diximus occisis in toto orbe terrarum cum septem erit regnaturus, et ipse erit octauus, quem supra in bestię, in septem capita octauum diximus quasi occisum, qui ¹²³ semper in Æcclesia per suos pseudopphetas sub nomine Christi capud ¹²⁴ [fol. 205v° a] habuit occultum. per quod capud ¹²⁴ palam ¹²⁵ simulabit se adserere Christum, pro cuius nomine sanctos sibi faciet socios. Et tanta erit indignatio, ut porro pauci sancti eum cognoscant esse Antichristum. Sed tamen non in aliud ¹²⁴ eum cognoscent quam in fatiando ¹²⁶ circumcisionem. **Q**uia in primis ¹²⁷ sanctos non ad idola colenda prouocabit, sed per legem mosaycam ad obseruandam circumcisionem.

Et tantam sanctitatem simulabit, ut non sit potator uini, non amator mulierum, non diuitias saeculi huius habeat; sed omnia deceptis dabit.

Sicut in Æuangelio ex uoce ipsius Antichristi dicitur: mea sunt omnia, et cui uolueram do illa. Tunc quinque in domo diuiduntur, id est pater, mater, filius, filia, et nurus. **Q**uinque sunt quos persecutio diuidet, dum alii in Christo credunt, alii negatores existunt. **Q**uia cum Antichristus uenerit, uetera Legis ¹²⁸ duas tabulas ¹²⁹ tamen predicabit. Ipse ¹³⁰ autem negabit ¹³¹ Trinitatem Patris et Filii et Spiritus sancti.

Alii autem credituri sunt Antichristo, alii Christo, ut sic diuiduntur duo a tribus, et tres a duobus, et inimici hominis domestici eius. Persecuti sunt ut Antichristo credant, dum dicit Pater Filio, aut Filius Patri, rogo te miserere tibi, ne moriaris. Sed ¹³² consenti illi, et ¹³³ adora eum. Pręsertim, ut scias quę sunt in mundo ipsius

118. contriuit *corr. en* contriuerit.

119. eos *corr. en* eis.

120. omne *corr. en* omnia.

121. o *final corr. en* um sans suppression.

122. quę *corr. en* qui.

123. quem *corr. en* qui.

124. ut *final corr. en* ud.

125. in *gratté devant* palam.

126. a *final corr. en* o.

127. primus *corr. en* in primis avec ajout de in dans la marge d'une autre main..

128. uetus legem *corr. en* uetera legis.

129. Un mot *gratté devant* tamen.

130. Christus *corr. en* ipse.

131. negabit *ajouté dans la marge d'une autre main.*

132. sed *ajouté dans la marge.*

133. et *ajouté en interligne.*

esse, et cui uoluerit dat ¹³⁴ illa. Ad hoc ergo [fol. 205v° b] unusquisque affectibus suis adquiescit.

Inimicum eum patitur, dum persuasionibus suis a Christo separatur, ut consentiat ¹³⁵ Antichristo. Tunc complebitur quod Dominus dixit :

Qui in Iudea sunt fugient in montibus, id est, quotquot in Iudea fuerint collecti erunt ad illum locum quem paratum habent, et nutriuntur ¹³⁶ ibi triennium et menses ¹³⁷ sex, a fatiē diaboli. Tempore illo creditura sunt, CXLIII milia Eļiē, sed et ceterum populum uiuum inueniri in aduentum Domini, sancti uero pauci. Ecclesiam illam dicit catholicam, ex qua in nouissimo, excepto Arabia de manu eius saluabitur ubi est Eđom et Moab et principes ¹³⁸ filiorum Ammon, id est Idumei ¹³⁹, Moabitæ ¹⁴⁰ et Amanitæ ¹⁴⁰, hec quod loca sint inaccessibilia, ibi sancti confugient et ibi latitabunt, quos Christus in carne uiuos inuenerit. Ego dico quia et alibi ad instar istorum sanctorum ubique loca inaccessibilia sint, et ubique sancti, et non solum mente fugituri erunt a malis, sed etiam corpore inaccessibilibus rupibus migraturi.

Sic enim tempore martyrum multos patres ab hac ¹⁴¹ tutatione legimus esse saluatos. Ita creduntur tempore Antichristi per loca inaccessibilia multi esse saluati.

Haec in beato Daniele ¹⁴² Antiochum ¹⁴³ qui praefigurauit Antichristum, pene cuncta fecisse. Legimus quod Antichristus facturus est, sicut dicit in Daniele ¹⁴², quod sancti eo tempore subleuabuntur auxilio paruulo, et postea detrusi ¹⁴⁴ corruent plurimi. Et hoc fiet ut quasi in fornace conflentur et eligantur, et dealbentur, donec ueniat [fol. 206 a] tempus definitum ; quia uictoria in aduentu Christi erit. Item in Daniele ¹⁴² : Tempus tempora et dimidium temporis. Tres semis anni sunt de Antichristi regno. Item septem tempora mutabuntur super te, id est septem anni. Item cum a tempore ablatum fuerit iuge sacrificium, et posita fuerit abominatio ¹⁴⁵ in desolatione dierum ¹⁴⁶ mille ducentorum ¹⁴⁷ nonaginta. Dies isti mille, CCLXIII et semis anni sunt, quibus erit antichristus regnaturus. Item in Daniele ¹⁴².

Beatus qui expectat et peruenit usque ad dies mille trecentos triginta et quinque, quia hos dies habet in suo numero deputatos, et ne quod absit tot ¹⁴⁸ hos dies implesset in regno, nullus sanctorum ei effugere poterat uiuus. Sed de istis ¹⁴⁹

134. det corr. en dat.

135. n gratté devant le t final.

136. nutriantur corr. en nutriuntur sans suppression du a.

137. menses corr. en menses par s suscrit sans suppression du x.

138. principium corr. en principes.

139. Idumeos corr. en Idumei.

140. as final corr. en æ.

141. hanc corr. en hac.

142. o final corr. en e.

143. h ajouté en interligne.

144. si écrit sur des lettres grattées.

145. nes final gratté.

146. dies corr. en dierum.

147. os final corr. en orum.

148. totos corr. en tot.

149. istos corr. en istis.

MCCCXXXV diebus ¹⁵⁰ ultus ¹⁵¹ habebit quadraginta quinque dies et remanent ei in regno dies mille ducenti nonaginta, qui propter electos adbreuiabuntur, de quibus ¹⁵² Dominus in Eūangelio dixit: Et nisi adbreuiati fuissent dies illi, non fieret salua omnis caro, sed propter electos meos adbreuiabuntur dies illi.

Isti sunt electi Domini, pro quibus dies illi adbreuiabuntur, in quibus ¹⁵³ tunc ante eum fugientes latibulum tenuerint. Nam Antichristus expletis ¹⁵⁴ diebus ¹⁵⁰ mille ducentis ¹⁵⁴ nonaginta occidetur in monte sancto, id est in monte Oliueti.

Quod autem dicit beatus qui expectat et peruenit usque ad dies mille trecentos xxx et quinque. Id est beatus qui interfecto Antichristo dies quadraginta quinque super numerum p̄finitum expectat, quibus est Dominus atque Saluator in sua maiestate ¹⁵⁵ [fol. 206 b] uenturus, ut in carne Christus eum inueniat uiuum, regnum Romanorum in fine destruendum, quod ¹⁵⁶ in quarto regno pedes eius nominauit ut ferrum.

INCIPIIT DE DIABOLO BESTIA ET PSEVDOPROPHETA ::

Et ¹⁵⁷ descendit ignis a Deo de c̄lo, et comedit inimicos suos, et diabolus seducens eos missus est in stagnum ignis et sulfuris, ubi et bestia et pseudoprophete, ¹⁵⁸ punientur ¹⁵⁹ diae ac nocte, in saecula saeculorum [Ap 20,9-10].

EXPLICIT STORIA.

[fol. 206v°] **Illustration : Le Diable, la Bête et le Faux Prophète jetés dans l'étang de feu** (Ap 20, 9-10).

[206v° a]

INCIPIIT EXPLANATIO SVPRASCRIPTE STORIAE :

Et ¹⁵⁷ descendit ignis a Deo de c̄lo [Ap 20,9]. Id est de Ēcclesia descendit ignis et comedit eos. Iste est ignis quem ex ore testium dixit exire, id est Lex et Eūangelium, de quibus ¹⁶⁰ Dominus dixit: Numquid ego uos iudicabo? sed uerbum quod uobis locutus sum, ipsud ¹⁶¹ uobis iudicabit. Iste est ignis quem pluit Dominus de c̄lo a Domino, exeunte Loth de Sodomis, et comedit inimicos suos [Ap 20,9]. Nam nouissimo die non super eos pluet ignem, sed congregatos ante se et iudicatos mittet in ignem aeternum. ¹⁶² ignis descendere de c̄lo quem dicit, tempore erit Antichristi, quod persequendo Ēcclesiam, plus in iudicio damnentur de ipsis malis ¹⁶³ quę Ēcclesię inrogant. **Et diabolus seducens eos, missus est in stagnum ignis et sulfuris, ubi et bestia et pseudoprophete** [Ap

150. dies corr. en diebus.

151. tultos corr. en ultus.

152. quo corr. en quibus.

153. quos corr. en quibus.

154. os final corr. en is.

155. magestate corr. en maiestate.

156. quę corr. en quod.

157. Initiale rehaussée de couleurs en partie rentrante sur deux lignes.

158. et gratté devant punientur.

159. n ajouté en interligne devant tur.

160. quo corr. en quibus.

161. ipsut corr. en ipsud.

162. H majuscule exponctué suivi de deux lettres grattées.

163. ipsa mala corr. en ipsis malis.

20,10]. Subtiliter turbabit intellectum quo putetur diabolus post bestiam et pseudopropheta¹⁶⁴ [fol. 206v° b] quo supra solos dixerat damnatos mitti in stagnum ignis. **Re** uera post mille annos damnationis¹⁶⁵ bestię et pseudopropheteę sed omnis bestię et¹⁶⁶ integrę dixit post mille annos, quia non post damnationem partis ; quia quando Christus uenerit ad iudicium, hanc bestiam inueni et uiuam. Ex quo enim passus est Dominus, moritur bestia et pseudopropheteę, et in ignem mittitur usque dum finiantur mille anni, usque ad aduentum Domini.

Nota quid dixit, unde subtiliter turbauerat intellectum ; certe quia dixerat supra, *diabolus qui seducebat eos missus est in stagnum ignis ubi bestia et pseudopropheta*¹⁶⁷ [Ap 20,10] ; tamquam si diceret primitus bestiam et pseudopropheta¹⁶⁸ mitti in gehenna, et postea diabolus qui seducebat eos, inde turbauerat intellectum. Haec missio, primo aduentu Domini est usque ad secundum aduentum, quia primitus bestia et pseudoprophetae, quia semper moritur malus populus et mali sacerdotes, qui sunt bestia et pseudopropheteę quos¹⁶⁹ diabolus semper seducit ;

[La suppression, entre les fol. 206 et 207, de trois folios contenant en particulier l'illustration du Jugement dernier du Livre XII a fait disparaître la fin du texte du Livre XI, restituée ici d'après l'édition de Sanders, p. 613] :

deinde et ipse punietur, ubi et omnes quos praemittit. **8** sed tempus quod est a passione Domini et infra, nunc ipsum describit, quia de quo Christus venit usque hodie missa est bestia in igne. et postquam compleverit diabolus tempus suum, qui seducebat eos, mittetur in stagnum ignis et sulfuris, *ubi est bestia et pseudoprophetae, et cruciabuntur die et nocte in saecula saeculorum* [Ap 20,10]. **9** haec est illa solutio, quam supra dixit : *post haec oportet illum solvere modico tempore* [Ap 20,3]. modico tempore per annos tres et menses sex ut in sua seductione seductor cum seductis intereat.

164. ę final corr. en am.

165. es final corr. en is.

166. et ajouté en interligne.

167. ę final corr. en a d'une autre encre.

168. ę final corr. en am d'une autre encre.

169. quos ajouté en interligne d'une encre très claire.